AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 26r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uel puerilia in utrusq; narratione ab alterutro seu dicuntur
seu pretermittuntur ordinare sic potest. Xpi autē generatio
sic erat. Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidā nomi
ne zacharias de uice abia. & uxor illi de filiabus aaron. & nomen eius
elisabeth. Erant autē iusti ambo ante dm. incedentes in omnibus
mandatis & iustificationibus dni sine querela. Et non erat illis filius
eo quod esset elisabeth sterilis. & ambo processissent in diebus suis.
Factum est autē cum sacerdotio fungeretur in ordine uicis suē
ante dm secm consuetudinē sacerdotij. sorte egrit. ut incensum
poneret ingressus in templum dni. Et omnis multitudo ppli
erat foris orans hora incensi. Apparuit autē illi angls domini
stans a dextris altaris incensi. Et zacharias turbatus est uidens.
& timor irruit super eum. Ait autē ad illū angls. Ne timeas zacha
ria. qm exaudita est deprecatio tua. & uxor tua elisabeth pariet
tibi filium. & uocabis nomē eius iohannem. & erit tibi gaudium
& exultatio. & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus
coram dno. & uinum & siceram non bibet. & spū scō replebitur ad
huc ex utero matris suē. & multos filios israel conuertet ad dnm dm
ipsorum. Et ipse precedet ante illum in spū & uirtute helyē. ut con
uertat corda patrum in filios. & incredulos ad prudentiam iustorum.
parare dno plebem pfectam. Et dixit zacharias ad angl̄m. Unde
hoc sciam. Ego enim sum senex. & uxor mea processit in diebus suis. Et
respondens angls dixit ei. Ego sum gabriel qui asto ante dnm.
& missus sum loqui ad te. & hec euangelizare. Et ecce eris tacens. & non
poteris loqui usq; in diem quo hec fiant. pro eo quod non credidisti
uerbis meis. que implebuntur in tempore suo. Et erat plebs exspec
tans zachariam. & mirabantur quod tardaret ipse in templo.
Egressus autē. non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt quod
uisionē uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis. & pmansit